

quæst. 5, ibi : » Humanæ aures talia verba nostra judicant, qualia foris sonant. Divina vero judicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur; Apud homines cor ex verbis, apud Deum vero verba pensantur ex corde.»

(22. Nec obstat id, quod dicit S. Isidorus lib. II *De summo bono*, cap. 11, relatus in cap. *Quacunque* art. 9, caus. 22, quæst. 5, ibi : » Quacunque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conscientiam testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit. » Non obstat, inquam, quia hic textus percellit eos, qui mala fide, soloque decipiendi et injuste nocendi animo pravam mentem suam obtegunt; non vero illos, quos justa et rationabilis causa cogit bonum, quod mente gerunt, propositum verbis ambiguis et in aliquo sensu veris dissimulare : istis enim non quadrat S. Isidori sententia in cit. c. *Quacunque arte*; sed illa S. Gregorii Magni in cit. cap. *Humanæ aures*, sic istas sententias apparenter contrarias conciliat S. Thomas 2-2, q. 89, art. 7, ad 4, citatus et secutus a Cabassutio in *Theoria et praxi juris canonici*, lib. IV, cap. 4, n. 12, ubi sub n. 13, pluribus citatis dicit nostram conclusionem esse communem, uti et communem esse testatur Layman. lib. IV, tract. 3, c. 13, n. 10, *Vide* verb. JURAMENTUM, art. 1, a n. 13.

(23. Mendacium in confessione deliberate commissum est sacrilegium, quia non solum est contra veracitatem, sed etiam contra religionem, cum sit irreverentia contra sacramentum et ejus auctorem. *Communis*. (24. Mentiens deliberate circa materiam necessariam confessionis, vel negando scienter mortale, quod fecit, vel affirmando mortale, quod non fecit, peccat mortaliter, quia sic mentiens, vel non confitetur integre, vel saltem decipit iudicem in re gravi spectante ad substantiam iudicii, adeoque graviter peccat. Suarez, disp. 22, sect. 10, n. 11; Gormaz, *Curs.*

MENDICANTES RELIGIOSI.

Vide verb. ABSOLUTIO APPROBATIO, CONFESSARIUS, DEBITUM CONJUGALE, ELEEMOSYNA, REGULARES.

MERCATOR.

SUMMARIUM.

1. Ad quid tenetur mercator, vi, fraude, vel mendacio, vel criminationibus impediens, ne ad civitatem afferantur aliæ merces, ut ipse carius vendat suas. — 2. Mercator quomodo et quando peccet et teneatur ad restitutionem, si ad se trahat eos, qui alios frequentant : *remissive*. — 3. Mercator an

(1. Mercator, qui vi, fraude, mendacio, vel criminationibus impedit, ne ad civitatem afferantur aliæ merces, ut ipse carius vendat suas, tenetur non tantum ementibus, aut reipublicæ excessum pretii, sed etiam aliis mercatoribus lucrum cessans,

theol., part. I, n. 150; La Croix, lib. VI, part. II, n. 1176; Layman, l. V, tract. 6, cap. 8, n. 15; Reiffenstuel, *Theol. moral.*, tractat. 14, dist. 7, quæst. 1, n. 5, et alii passim.

(25. Mentiens scienter, et deliberate circa materiam non necessariam confessionis, vel negando veniale, quod fecit, vel affirmando veniale, quod non fecit, vel mentiens circa peccata mortalia alias rite confessata, aut quæ hic et nunc non tenetur confiteri, peccat solum venialiter, quia cum poenitens non teneatur talia peccata confiteri, non graviter decipit confessarium mentiendo, neque irritum reddit sacramentum, cum nihilominus absolutionem validam consequatur. Coninck, disp. 6, dub. 3; Navarr., cap. 21, n. 37; Sylvester, verb. *Confessio*, 1, qu. 8; Layman, *loc. cit.*, n. 15; Sa, verb. *Confessio*, n. 12; Petrus Sotus, lect. 10, *De confess.* in fine; Suarez, disp. 22, sect. 10; Lugo, disp. 16, n. 99; Castropal., tract. 23, part. X, n. 4; Stoz., l. I, part. III, n. 34; Dicastill., disput. 8, n. 51; Tamburin., *De confess.*, lib. II, cap. 16, n. 43; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 17; Bonacina, disp. 5, *De poenit.*, quæst. 5, punct. 2, § 2, n. 9; Vasquez, Arriaga, Illung cum La Croix, lib. VI, part. II, n. 1177, contra S. Bonaventuram, Paludan., Cajetan., Ledesma, Armill., et alios tenentes, fingere veniale in confessione semper esse mortale. At Tamburin., *loc. cit.*, dicit nostram conclusionem esse certam, et Reiffenstuel, *l. c.*, dicit esse communem, et de facto eam tenent DD. passim.

(26. Dummodo tamen talis poenitens absolutioni subjiciat aliam materiam sufficientem, de qua habeat verum dolorem et propositum, quia si nihil confiteretur præter veniale fictum, peccaret mortaliter, non ratione mendacii, sed quia faceret absolutionem esse nullam propter carentiam debitæ materiæ. Sic omnes doctores citati, et alii communiter cum Gobat tract. 6, n. 541; Diana, part. III, tractat. 4, resolut. 96.

excusetur, quando dicit, vel etiam jurat se non posse pro tali pretio talem mercem vendere, vel sibi pluris constare, licet in rigore hoc verum non sit : *remissive*. — 4. Quotuplici modo peccare potest mercator in vendendo. — 5. Subnectuntur *Additiones ex aliena manu*, ubi late de libris mercatorum, quoad probationem mercium ab ipsis creditorum.

judicio prudentis viri, restituere; est enim injusta causa utriusque damni. Sanchez in *Consil.*, lib. II, disp. 49, n. 35, cum aliis ibi citatis, La Croix, l. III, part. II, n. 80, et alii passim.

(2. Mercator an, quomodo, et quando

peccet, et teneatur ad restitutionem, si ad se trahat eos qui alios frequentant? *Vide* verb. MAGISTER a n. 14 ad 16, inclusive, quæ enim circa hæc dicta sunt ibi de magistris, dicenda proportionaliter veniunt hic de mercatoribus.

(3. Mercator quomodo excusetur, quando dicit, vel etiam jurat, se non posse pro tali pretio talem mercem vendere, vel sibi pluris constare, licet in rigore hoc verum non sit? *Vide* verb. JURAMENTUM, art. 1, n. 21.

(4. « Mercator peccat. 1° Si venenum, vel alia prohibita vendat cum suspitione pravi usus. 2° Si paratus sit quodcumque pretium, etiam injustum, ab emptore accipere. 3° Si rem carius, quam supremo pretio, vendat ob dilatam solutionem. 4° Si mercium defectum gravem occultum non aperiat; pondus et mensuram imminuat. 5° Si in emptorum injuriam monopolium injustum instituat, et merces omnes unius generis sibi comparat immoderato quæstu pro libito vendendas. 6° Si merces ab eo, qui non novit, emat, pretio minore, vel chariore vendat ignorantibus. 7° Si merces veteres et inutiles novis admisceat et vendat eodem pretio utrasque. 8° Si justa tributa defraudet. 9° Si tempore debito, cum possit, non solvat creditoribus cum gravi eorum damno. 10° Si mercibus solvat, quod pecunia debet, contra creditoris voluntatem. 11° Si diebus festis publice emat, vel vendat contra consuetudinem permissam. 12° Si juret falso, se tanto pretio merces comparasse. 13° Si contractum ineat quemcumque, dubitans de ejus justitia. 14° Si emat res furtivas, etc. » Hæc doctissimus Busembaum, l. IV, cap. 3, dub. 10, n. 1.

Alia ad rem, *vid.* verb. CONTRACTUS EMPTION., VENDITIONIS.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(5. De libris mercatorum, an et quomodo ii probent non inutilis hic est investigatio. Probare vero ipsos, sed *semiplene* communiter doctores tenent, nisi vel statuto, vel consuetudine plenam faciant probationem; Carpzov., *De process.*, tit. 14, art. 5, n. 52

et sequi; Ruland., *De commission.*, part. II, lib. V, capit. 13, n. 9; Hering., *De fidejuss.*, capit. 20, § 1, n. 71; Ayer, *Process. inst. jur.*, cap. 9, observat. 8.

(6. At sequentes condiciones concurrant oportet, ut libri mercatorum vel *semiplene*, vel *plene*, ubi est statutum, aut consuetudo, probent. *Primo* mercatores libros producentes debent esse fide digni. *Secundo* habere debent debitam et legalem formam, tum continere data et accepta. *Tertio* diem, mensem et annum comprehendere debent. *Quarto* exprimere debent causam. *Quinto* complecti debent verisimilia, tum carere omni falsitate et mala suspitione. *Addunt sexto* alii, ut sint libri mercatorum propria eorum manu scripti. (7. At sufficere videtur si sint ab eorum institutoribus viris fidei haud suspectæ exarati. Carpzov., *De process.*, tit. 14, art. 5, n. 52, et plur. seq.; Pacian., *De Probat.*, lib. 1, cap. 63, n. 21; Escobar., *De ratiocin.*, c. 12, n. 14; Scacc., *De commerc.*, c. 11, n. 268.

(8. Nota vero, non aliter libros mercatorum vel *semiplene*, vel *plene*, existente statuto, aut consuetudine, probare quam si contineant, quæ ad *commerciorum materiam* spectant; Carpzov., *loc. mox. cit.*; Gail., lib. II, observat. 20, n. 8.

(9. Quæstionis est, num libri rationum mercatorum pro tertio contra tertium *semiplene* probent? Affirmat Berlich., parte *Conclus.* 36, n. 97, sed rectius negat Gail., *De credit.*, cap. 2, tit. 3, n. 737.

(10. Nec incongrue ea hic expendenda est quæstio, an implorare queat beneficium restitutionis in integrum minor mercator, qui ob merces creditas ab alio mercatore debitum contraxit, conventusque dicat, circa merces esse deceptum? Negatur, propterea quod peritia cujuscunque artis, quam minor profitetur, impedit restitutionem in integrum circa negotia ejusdem artis. Confer Odd., *De restitut. in integr.*, part. I, quæst. 23, art. 7. Urget et illud, quod hæc ratione contrahentes publica auctoritate deciperentur; Adi Zoes., in *Comment. ad Tit.*, ff. *De minor.*, n. 22.

MERCATUS.

SUMMARIUM.

1. Mercatus a nudinis quomodo, et sub quibus respectibus distinguatur : *ad* n. 5, per tot.

(1. Mercatus a nudinis distinguuntur, tam a doctoribus, quam in *Ecclesiasticis Constit.* Benedict. XIV, tom. I, constit. 144, incip. *Ab eo tempore*, § 11. (2. Mercatus sunt de rebus minoribus ad quotidianas necessitates pertinentibus, et singulis septimanis a vicinis fiunt. Idem, *ibid.*, § 16. (3. Hi prohibentur omnino fieri diebus festis; et

in dies præcedentes, aut subsequentes transferri jubentur. Idem, *ibid.*, § 22. (4. Eaque de re approbatur decretum congregationis Concilii in *Ripana mercatus*. (5. Quacunque etiam immemorabili consuetudine minime obstante, ut resolvit S. cong. Conc. in *Barchinon. observationis festorum*. Idem, *ibid.*, § 23 et 24. *Vide* tom. IV, verb. *FESTA*.

MERCES.

Mercedis causæ, sicut etiam quæ non excedunt summam seutorum 25 judicari possunt a cardinali vicario, et a gubernatore Urbis contra quoscunque, non obstante

obligatione Camerali. Benedict. XIV, tom. I, constit. 115, incip. *Romanæ Curia*, § 24. Alia ad rem, *vide*, tom. III, ad verb. *EXTRACTIO*.

MERCIMONIA.

Mercimonia exercentes super eleemosynis missarum, laici excommunicationis, clerici vero et sacerdotes suspensionis poenam incurunt. Benedic. XIV, t. 1, constit. 22,

MERETRIX.

SUMMARIUM.

1. Meretrix quæ sit. — 2. Meretrix non est, quæ uni, vel duobus sui corporis copiam facit, etiam questus causa. — 3. Neque poenæ inflictæ a jure, vel a constitutionibus municipalibus contra meretrices, habent locum in tali muliere. — 4. Principes et magistratus possunt sine peccato tolerare meretrices in suis ditionibus et civitatibus ad evitanda majora mala. — 5. Hinc quibusdam hic assignatis conditionibus, excusantur a peccato, qui elocant domos meretricibus. — 6. Non excusantur tamen a peccato in aliquibus casibus, qui assignantur. — 7. Unde publicæ meretrices possunt ab honestis locis expelli. — 8. Et si sint scandalosæ et procaces debent in exsilium ejici sub poena carceris, verberationis et aliis arbitrio judicis. — 9. Mere-

(1. Meretrix est mulier quæ multorum libidini est exposita; cap. *Vidua* 16, dist. 34, ibi: « Meretrix est quæ multorum libidini patet, » seu meretrix est mulier cujus turpitudine publicæ venalis est; cap. *Meretrices* 11, caus. 32, quæst. 4, ibi: « Meretrices esse, et ad meretrices accedere prohibet Dominus, quarum publicæ venalis turpitudine est, » et *Glossa* in cit. cap. *Vidua*, verb. *Meretrix*. Unde mulier, quæ unius amore capta, illi sui corporis copiam facit, non potest dici meretrix. Faber in § *Scottis*, instit. *De inoffic. testam.*; Menochius, *De arbitr.*, cap. 323, n. 3; Maschard, *De probat.*, concl. 1063, n. 7. (2. Neque illa quæ duobus viris se prostituit, etiam questus causa, potest meretrix appellari. Abbas in c. *Inter opera*, in fine *De sponsal.*; Bertaz., consil. 134, litt. C.; Vicent. de Franch., decis. 63, n. 2; Menoch. consil. 18; Pignatell., tom. IX, consult. 27, n. 20, cum aliis ibi citatis. Neque poenæ inflictæ a jure, vel a constitutionibus municipalibus contra meretrices locum habent in muliere, quæ uni, vel duobus tantum, etiam questus causa, sui corporis copiam facit. Vicent. de Franchis, l. c.; Pignatell., loc. cit., et alii.

(4. Principes et magistratus possunt sine peccato tolerare meretrices in suis ditionibus et civitatibus ad evitanda majora mala. Sic S. Thomas 2-2, qu. 10, art. 11, in corp., his verbis: « Humanum regimen derivatur a divino regimine, et ipsum debet imitari. Deus autem, quamvis sit omnipotens et summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in universo, quæ proscribere posset; ne, iis sublatis, majora bona tollerentur, vel etiam pejora mala sequerentur. » Sic ergo et in regimine humano illi, qui præsumunt, recte aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediatur, vel etiam ne aliqua mala pejora incurrantur, sicut Augustinus dicit in libris *De ordine*, cap. 4: « Aufer meretrices de rebus humanis, turbave-

incip. *Quanta cura*, § 5. Vide tom. III, verb. *ELEEMOSYNA*, 64, et infra verbum. *MISSA*, art. 2, n. 16, ubi affertur dicta constitutio.

trix potest recipere ac retinere recepta ratione meretricii, imo nedum conventum et receptum pretium pro concessio turpi usu sui corporis recipit et retinet, sed etiam omni jure in foro externo illud exigere potest, si non ei a fornicario solvatur. — 10. Meretrix potest de lucro ex meretricio accepto facere eleemosynam et donationem sibi benevisam. — 11. Id tamen est intelligendum solum in casibus, in quibus tale lucrum accepit a personis potentibus dare, seu alienare. — 12. Meretrix non potest absolvi, nisi vere suspectum consortium et meretricium deserat. — 13. Meretrix quibus præmissis possit a confessario absolvi. — 14. Meretrix quomodo sufficienter explicet peccata sua in confessione. — 15. Subneentur. *Addit ex aliena manu ad n. 21.*

ris omnia libidinibus. » Et eadem doctrina traditur ab antiquo theologo apud S. Thomam opusc. 20, *De regimine principum*, lib. IV, cap. 44, citante alium textum S. Augustini, ibi: « Hoc facit meretrix in mundo, quod sentina in mari, vel cloaca in palatio: tolle cloacam, et replebis fœtore palatium, et similiter de sentina; tolle meretrices de mundo, et replebis ipsum sodomia. » Et sic communis doctorum, et praxis.

(5. Hinc, quibusdam conditionibus concurrentibus, excusantur a peccato qui elocant domos meretricibus. Sic Sylvius in 2-2, qu. 77, art. 4, qu. 1, concl. 5, ubi ad quæsitum: « An etiam excusandi sint, qui domos elocant meretricibus? Sic respondet: « Respondeo posse excusari si hæc omnia concurrant; quod et mulieres illæ sint ad meretricandum prorsus resolutæ, et a republica tolerentur in ea civitatis parte, in qua ipsis elocatur domus et peccatum displicet elocatoribus; his enim positis justa subest causa negligendi peccatum talium mulierum, neque tenentur elocatores illud impedire. » Ita etiam Quilic., p. VII, art. 4, n. 29; Joan. de la Crux, 6 præcept. art. 1, dub. 3, n. 7; Matthæus, *Cautela confess.*, lib. I, cap. 30, proposit. 41, ab Alexandro VII damnat., n. 18; La Croix, lib. II, n. 290, et lib. III, part. II, n. 1042, et alii. Et ratio est quia locatio non est proxime ordinata ad fornicationem, sed indifferens, cum supponantur locatores eis domos locare, non cum intentione ut in eis peccent, sed ut ibi habitent. (6. Si autem domus essent in aliqua civitatis parte, in qua ob justam causam non tolerentur a superioribus meretrices; seu tales essent, ut ex se majorem præberent commoditatem peccandi, seu meretricandi, quia videlicet plures haberent portas, seu essent in loco magis tuto et hujusmodi, tunc esset illicitum eas meretricibus elocare, ad quod facit Novella 14, *De lenonibus*; l. *Non aliter* 7, ff. *De usu et habit.*

(7. Unde publicæ meretrices possunt ab honestis locis expelli per text. in citatis juribus et tradunt communiter doctores apud Pignatell., tom. IV, consult. 87, n. 3, et Paul. de Castro, in l. *Casus Cod.*, *De testamentis* expresse dicit quod, si aliqua inhonestia mulier veniat ad habitandum in vicinia, ubi similes mulieres non consueverunt habitare, a vicinis et aliis civibus expelli possit. (8. Quod et censuit sac. cong. Episc. et Regul. in *Civitatibus Castellæ* 1 Januarii 1590, et in *Ravennaten.* 8 Novemb. 1593. Quod si præterea sint scandalosæ ac procaces, debent in exsilium ejici ad quinquaginta millaria sub poena carceris, verberationis et aliis arbitrio judicis, ut in *Spolehana* 16 Januarii 1601, et S. Severini 11 Julii 1602. Non obstante quod in civitate non sit certus locus pro meretricibus deputatus, ut colligitur ex cit. l. *Si pendentes*, ubi *Glossa*, ff. *De usufruct.*, et cit. l. *Non aliter* 10, ff. *De usu et habit.* Hactenus Pignatell., l. c., n. 3. Et utinam revera sic ejicerentur et punirentur, ut harum poena territæ etiam aliæ, sordidam illam artem relinquerent; cum poena unius metus soleat esse multorum, textu expresso in l. *Ut unius* 1, *Cod. ad leg. jul. repetundar.*

(9. An meretrix possit recipere et retinere accepta ratione meretricii absque onere restitutionis? Vide verb. *RESTITUTIO*, art. 3, a n. 14 ad 16, et a n. 21 ad 23, ubi concluditur quod meretrix nedum conventum et receptum pretium pro concessio turpi usu sui corporis licite recipit et retinet (58); sed etiam omni jure etiam civili in foro externo illud exigere potest, si non ei a fornicario solvatur. Vide infra *Addit. ex aliena manu.*

(10. Meretrix potest de lucro ex meretricio accepto, tanquam vere proprio, facere eleemosynam, donationem et quæcumque alienationem sibi benevisam: quia tale lucrum, licet turpiter et illicite acquiratur, patrato tamen scelere, licite acceptatur et retinetur ac possidetur ut vere proprium. Sic communiter doctores cum S. Thoma 2-2, q. 32, art. 7 ad 2, ubi expresse dicit: « Quod mulier meretricium exercens turpiter agit et contra legem Dei; sed in eo quod accipit non injuste agit, nec contra legem; unde quod sic illicite acquisitum est retineri potest et de eo eleemosyna fieri. » (11. Id tamen debet intelligi solum in casibus, in quibus meretrix tale lucrum seu datum accepit a personis potentibus alienare, quia, si illud accepit a personis non potentibus alienare, ut a filiis familias, pupillis, minoribus, religiosis et hujusmodi, teneretur restituere; cum dictæ personæ non possint dominium talis lucri in ipsam meretricem transferre. Vide verb. *RESTITUTIO*, art. 3, a n. 14 ad 16.

(12. Meretrix absolvi non potest, nisi vere suspectum consortium et meretricium dese-

(58) Alio modo (sic D. Thomas) aliquis illicite dat, quia propter rem illicitam dat, licet ipsa datio non sit illicita; sicut cum quis dat meretrici propter fornicationem; unde et mulier potest sibi

rat. *Communis*. Vide verb. *ABSOLUTIO*, art. 2, a n. 11 ad 16. Unde confessarius, antequam meretricem absolvat, debet ipsam diligenter interrogare, an sit adhuc in actuali meretricio, an domum suspectam mutaverit omnemque occasionem meretricandi vere dimiserit; an post conceptum de meretricio dolorem et emissum de cætero non peccandi propositum, adhuc relapsa fuerit? a quo tempore non amplius peccaverit? et hujusmodi; et si vere in omnibus dispositam invenerit, et se rite ac vere accusantem de omnibus commissis peccatis, quoad numerum, speciem et circumstantias, quantum sibi possibile erit, cum firmo proposito de cætero non peccandi, nec se occasionebus peccaminosis exponendi, imo eas, quantum in se erit, evitandi ac suppositis cæteris ad validam absolutionem necessariis, poterit et debet ipsam absolvere.

(14. Et si præ longo tempore sui meretricii sit ei moraliter impossibile, seu valde difficile explicare integrum numerum et omnes circumstantias peccatorum, sufficit quod explicet per quantum tempus meretricium exercuerit, se plus, vel minus, toties per diem, vel hebdomadam solitam fuisse peccare, tam cum personis solutis, quam cum conjugatis: tam cum clericis et voto castitatis adstrictis, quam cum simplicibus laicis: tam cum consanguineis et affinibus, quam cum omnibus aliis, quibus ad libitum diu noctuque vivebat exposita et parata, se omnes, quos potuit, tum verbis, tum factis ad peccandum stimulasse, continuis impuris cogitationibus, lascivis locutionibus, ac obscenis cantionibus deditam fuisse et hujusmodi; dummodo tamen in illis peccatis, quæ sunt enormiora et rarius committuntur, majorem explicet numerum; unde de istis est etiam a confessario interroganda; quoties nempe peccaverit cum religiosis, cum consanguineis et affinibus? quoties modo præpostero, in vase non naturali ad generationem non ordinato? quoties veneficia, præsertim amatoria et similes superstitiones ad peccandum adhibuerit? quoties procuraverit abortum, seu prolem occiderit? quoties annuam confessionem et communionem omiserit, aut sacrilege fecerit? et hujusmodi. Et si adinvenerit eam innodatam aliqua excommunicatione episcopo reservata, seu cum causa ad sanctum tribunal spectante, debet eam dimittere ad episcopum, vel ad inquisitorem respective.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(15. An datum meretrici condici possit, ipsi Romani jurisconsulti disputabant. Omnes autem conveniebant haud posse condici, sed non eadem de ratione. (16. Labeo et Marcellus ideo datum meretrici repeti haud posse existimabant, quia utriusque

retinere, quod ei datum est; sed si superflue aliquid per fraudem, vel dolum extorsisset, tenetur eidem restituere. (2-2, quæst. 62, art. 5.)

turpitudine versatur, ubi possessoris causa potior est. (17. Ulpianus vero: « Sed et quod meretrici datur (ait in l. 4, § 3, ff. *De condict. ob turp. vel injust. caus.*) repeti non potest ut Labeo et Marcellus scribunt, sed nova ratione, non ea quod utriusque turpitudine versatur, sed solius dantis: illum tamen turpiter facere quod sit meretrix, non turpiter accipere, cum sit meretrix. »

(18. Improbatur vero et non immerito Stryk, *Juridic. disp.*, vol. XI, disp. 17, cap. 1, n. 22, novam hanc Ulpiani rationem: « Ea conceptum (ait) egregium Ulpiani de turpitudine. Concedit involvere turpitudinem meretriciam vitam agere, sed in acceptione mercedis, cum semel meretrix sit nullam agnoscit. Idem est ac si dicere velles: turpe est esse furem et sacrilegum; sed ubi quis semel fur est et sacrilegus, non turpiter furatur et sacrilegium committit. Nunquam prægnaventem contradictionem invenit. Concedit Ulpianus esse turpe meretriciam vitam agere; quidquid ergo accipitur ex illa turpi causa, omnino turpe erit; non potest enim effectus melior esse sua causa. Sed quid hæc ad allegationem propriæ turpitudinis? Jocarit ni fallor. Pono, Titius pecuniam datam condicit: opponit meretrix exceptionem: accepi mercedem ex justa causa, vel titulo, scilicet propter stuprum. An putas meretricem non allegare propriam turpitudinem? Et tamen patronus meretricum Ulpianus hoc negat. Contradicit enim, ut videtur, aliis jurisconsultis, Labeoni et Marcello qui ratione saniori ducti existimabant, ideo mercedem repeti non posse quod

METOPOSCOPIA.

Vid. verb. SUPERSTITIO, n. 22.

METROPOLITANUS.

SUMMARIUM.

1. Metropolitanus jurisdictionem ordinariam in suffraganeorum diocesis exercere prohibetur. — 2. Metropolitanus non potest visitare ecclesias

(1. Metropolitanus jurisdictionem ordinariam in suffraganeorum diocesis exercere prohibetur. Benedict. XIV, tom. I, constitut. 98, incip. *Inter plures*, § 19. (2. Metropolitanus non potest visitare ecclesias cathedrales, aut diocesis episcoporum suffraganeorum, nisi de mandato concilii provincialis. Idem *ibid.*) (3. Metropolitanus jurisdictionem non habent proprio jure in monasteria sita in diocesis suffraganeorum. Idem *ibid.*, § 19.

Novissimum additamentum.

* Apud omnes sive Græcos, sive Latinos metropolitanus, voces cujus metropolitanus, et metropolita eadem et notio semper fuit, et potestas: is enim et alias fuit, et nunc est metropolitanus, qui episcopis superior, inferior primatibus, nec civitatem tantum unicam, ut episcopus, nec diocesim tamen, ut primas, sed provinciam regit integram. Me-

utriusque turpitudine versetur, ubi possessoris causa potior est, leg. 8, ff. *De condict. ob turp. caus.* Expresse etenim asserit solius dantis adesse turpitudinem, non accipientis et hanc novam rationem ab ipso esse inventam. Confer et Brunemann., in d. l. 4, § 3, ff. *De cond. ob turp. causam*, n. 1 et plur. seq., improbantem hanc Ulpiani novam rationem.

(19. Hinc vero patet meretricem, etiam secuta copula, petere haud posse promissum. Si enim datum ideo repeti minime potest, quia in pari causa turpitudinis melior est conditio meretricis possidentis, ex eadem ratione locus esse nequit petitioni promissi, quia et in pari turpitudinis causa, melior esse debet conditio promissoris. Accedit quod frustra quæretur an datum repetatur, si non datum peti posset. Adis et Brunemann. loco mox citato, n. 10 et plur. sequen., qui Covarruviam in c. *Peccatum*, part. 1, § 12, contrarium tenentem nominatim confutat.

(20. Utrum autem promissio facta meretrici sit ipso jure nulla, an exceptione doli sit elidenda? Distinguit Brunemann. ubi supra, n. 8 et seq., et, « aut turpis causa non est expressa, » inquit « et valet conventio, sed est inefficax ob exceptionem doli, qua probata, reus absolvitur; aut est expressa et est ipso jure nulla. »

(21. Quid si pignus datum præterea sit meretrici? Pignus retinere haud posse probat Zoësius, in d. l. 4, § 2, n. 9 *De condict. ob turp. caus.*, propterea quod adjici pignus nequit obligationi nullæ, vel inefficaci.

cathedrales, aut diocesis episcoporum suffraganeorum, nisi de mandato concilii provincialis — 5. Metropolitanus jurisdictionem non habent proprio jure in monasteria sita in diocesis suffraganeorum — Affertur *Novissimum Additamentum*, ibi.

trapolitarum porro origo non male ab ipsis repetitur apostolis, quia in Timotheo, Tito, et fortasse etiam in aliis quibusdam a se constitutis episcopis specimen quoddam metropoliticae dedere potestatis, sequentibus deinde temporibus auctæ, et completæ. Erat autem metropolitanus episcopus ad synodum vel bis, vel semel singulis annis evocare; illorum electionibus præsidere; eos consecrare; contentiones, lites, dissidia, si quæ inter illos orirentur, sopire; eos si quid peccarent, corripere; eorumque judicia, si provocatum esset, aut rescindere, aut confirmare, aliæque id genus obire munera, de quibus Selvaggius in *antiquitatum Christianarum Institutionibus*, lib. 1, p. 1, c. 19, § 5; salva tamen in ipsos metropolitæ patriarchæ auctoritate, multoque magis salvo Romani pontificis primatu, ut recte monuerunt Ballerini tom. XI *Oper. S. Leonis* col. 979, num. 4. Idem Ballerini, *ibidem* col.

1029 seqq. serius metropolitæ cum in Gallis et Hispaniis, tum etiam in Italia, nec nisi quarto sæculo institutos fuisse docent, nullum autem in regno Neapolitano, et Siculo metropolitanum præter Romanum Pontificem a primis Ecclesiæ sæculis ad Leonem

METUS.

SUMMARIUM.

1. Metus quid sit. — 2. Metus est duplex, scilicet gravis, seu cadens in constantem virum, et levis, seu cadens in virum inconstantem, et qualis sit uterque, *remissive*. — 3. Ad metum gravem quatuor conditiones requiruntur, et assignantur, *remissive*. — 4. Metus alius est incussus a causa intrinseca, et alius a causa extrinseca libera, et qualis sit uterque, *remissive*. — 5. Insuper metus alius est juste incussus et alius injuste et qualis sit uterque? *remissive*. — 6. Qualis metus invalidet, seu dirimat matrimonium, necne, *remissive*. — 7. Metus et violentia in quacunque ætate incutiantur, reddunt matrimonium ipso jure nullum. — 8. Dummodo tamen talis sit metus, et violentia, ut potuerit cadere in constantem virum. — 9. Mulieri dicenti se contraxisse per metum, incumbit onus probandi, non solum ipsum metum, sed etiam illius qualitatem. — 10. Metus cadens in constantem virum dicitur mortis periculum, aut corporis cruciatus et aliud hujusmodi grave malum. — 11. Metus vanus et levis non excusat. — 12. Metus quando dicatur vanus, et levis, seu non cadens in constantem virum et quando gravis, seu cadens in constantem virum, relinquunt arbitrio judicis. — 13. Metus minus excusat feminam quam masculum. — 14. Metus mortis violentæ incussus a causa libera extrinseca cadens in constantem virum invalidat professionem regularem. — 15. Non invalidat autem dictam professionem, nec votum irritat metus mortis naturalis,

(1. Metus est, instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio, l. 1, ff. *Quod met. caus.* S. Thomas in 4 sentent., dist. 29, quest. prima in corpor.; Fagnan. in capit. *Sacris* 5, De his quæ vi metusve, n. 18.

(2. Metus est duplex, scilicet gravis, seu cadens in constantem virum, et levis, seu cadens in virum inconstantem, et qualis sit uterque? *Vide* verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA, art. 5, n. 119.

(3. Ad metum gravem quatuor conditiones requiruntur, et assignantur. *Vide* d. verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA, art. 1, n. 120.

(4. Metus, alius est incussus a causa intrinseca, et alius a causa extrinseca libera, et qualis sit uterque? *V. d. verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA*, n. 121.

(5. Insuper metus alius est juste incussus, et alius injuste, et qualis sit uterque? *Vide* dict. verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA, n. 122.

(6. Qualis metus invalidet, seu dirimat matrimonium nec de? *Vide* d. verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA, a d. 123 ad 127, et verb. MATRIMONIUM, art. 9, n. 4, 5, 6, 7 et 49.

(7. Metus, et violentia in quacunque ætate incutiantur, reddunt matrimonium ipso jure nullum, cum tollant libertatem consensus, textu expresso in cap. *De illis* 9 De despon-

Isaurum exstitisse, pluribus ostendendum Carminius Fimianus sibi sumpsit in ea dissertatione, quam Neapoli edidit 1776, *De ortu et progressu metropolitanarum ecclesiarum in regno Neapolitano et Siculo*.*

seu ab intrinseco. — 16. Nec dictam professionem invalidat, nec votum irritat metus mortis accidentalit casualis. — 17. Cur professionem inficiat timor mortis violentæ incussus a causa libera extrinseca, et non timor mortis naturalis, vel accidentalit casualis? — 18. Metus mortis violentæ ad hoc, ut invalidet professionem, debet esse ab homine incussus et ordinatus ad ipsam professionem extorquendam. — 19. Secus autem non invalidat. — 20. Metus reverentialit, si præcesserint minæ, vel verbera, aut pater sit terribilis, annullat professionem. — 21. Professio dicitur metu facta ex præcedentibus minis, aut verberibus a patre illatis, etiam sine expresso præcepto. — 22. Insuper volunt multi, sufficere solum metum reverentialem, etiam absque minis. — 23. In praxi tenendum est, non sufficere solum metum reverentialem ad annullandam, seu invalidandam professionem regularem. — 24. Quæ dicta sunt de metu circa professionem, veniunt proportionalitè cæteris paribus dicenda de metu circa matrimonium, et circa susceptionem sacrorum ordinum. — 25. Alia de metu, *remissive*. — 26. Metus electionem inficit ipso jure. — 27. Metus gravis cadens in constantem virum excusat a præcepto positivo tam divino quam humano. — 28. Nullus tamen metus etiam mortis excusat ab observantia divini præcepti, cujus transgressio est intrinsece mala. — 29. Neque ullus metus etiam mortis excusat ab observantia præcepti, seu legis, cujus transgressio est contra bonum commune. — 30. Subnectuntur *Addit. ex aliena manu ad num. 44.*

sat. impub., ibi: « Sed cujuscunque sint ætatis, se possunt per illatam violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat; » et concordat cap. *Veniens* 13, De sponsalibus et matrim. (8. Dummodo tamen talis sit metus, et violentia, ut potuerit cadere in constantem virum; cap. *Veniens* 13, et cap. *Consultationi* 28, tit. eodem; Fagnan., in cap. *De illis* 9 et 10, et, ipso teste, communis aliorum.

(9. Mulieri dicenti se contraxisse per metum, incumbit onus probandi non solum ipsum metum, sed etiam illius qualitatem, videlicet metum fuisse talem, qui cadere possit in constantem virum; cit. cap. *Veniens* 13, et cap. *Consultationi* 28, De sponsalibus, ibi: « Sed de illato metu est cum diligentia inquirendum, et si talis metus inveniatur illatus, qui cadere potuit in constantem virum, erunt non immerito audiendæ. » Fagnanus in cit. cap. *Consultationi*, n. 9, et alii passim. (10. Metus cadens in constantem virum dicitur mortis periculum, aut corporis cruciatus; et aliud hujusmodi grave malum; l. *Interpositas*, cod. *De transactionibus*, c. *Perlatum est* 1, et cap. *Cum dilectus* 6, De his quæ vi metusve causa fiunt, cap. *Si verum* 1, et cap. *Lotharius* 4, caus. 31, qu. 2; Fagnanus in cit. cap. *Consultationi*, n. 10; Cardinal. *ibid.* n. 1, et ibi Glossa ultima communiter recepta.